

3520.

1340 d. 21 Sept.

OLOF GREN förbinder sig att före d. 11 Nov., enligt Westgöotalagen, upplåta åt Halstan Petersson alla de gods, som Håkan Bardssons hustru Ingrid, efter sin fasters Benedictas död, ärft i Frastad.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 211.

Omnibus presens scriptum cernentibus, OLAUS dictus GREEN, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi. quod obligo me per presentes fide etiam super hoc prestita corporali, ad disponendum et assignandum secundum leges terre Vesgocie, Halstano Pæthersson presentis exhibitori, omnia bona que Ingridis, vxor Haquini Bardson post mortem auuncule sue Benedicte nomine. in Frastadha iure hereditario acquisiuit obligo me et per presentes ad premissa omnia, infra festum sancti Martini iam proxime futurum, integraliter exequenda. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Anno domini. M. CCC. XL. in die sancti Mathei Apostoli.

Sigillet ritadt: »S. Olavi Green» (mantelskura med spetsen uppåt).

3521.

1340 d. 14 Oct.

NILS DANNÆS och PETER ERIKSSON intyga, att Hr Carl Tukeson på thinget i Stafåker (Stafsåkra) i Norrvidinge härad offentligent erkänt, att han i Stockholm gifvit sin hustru Ramfrid Bengtsdotter sina gods i Berg och Gjellstad i morgongåfva.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 152.

Omnibus presens scriptum cernentibus, NICHOLAUS DANNES, salutem in domino sempiternam [et] PETRUS ERICSON. Tenore presentis in verbo fidei. intimamus, tam post futuris quam modernis, nos in pretorijs nostris, dictis Hæradsting et landtuidh, sepius fuisse presentes, Nouissime, et in pretorio Staffacher in Norwidinga heradh, scilicet Anno domini. M. CCC. XL. in die sancti Calixti Pape, qui [c: quum] Nobilis dominus Carolus Tukæson pupplica approbacione recognouerat, se reuerende et dilecte consorti sue, domine Ramfridh Bænedicts dotter bona sua in Biærgh et in giællstadum, cum molendino, nec non omnibus et singulis eorundem bonorum pertinencijs, videlicet agris pratis, pascuis, siluis, nemoribus, piscacionibus prope seu remocius, intra sepes et extra suis aquosis, cultis vel incultis situatis, racione dotis, dicte Hindrædæxgiæff perpetue possidende [c:—da], Stochholmis contulisse. In cuius rei evidencius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno et die que [c: quibus] supra.

Sigillen ritade: N:o 1, tomt; N:o 2, »S. Petri filii Erici» (3 kors satta i trekant i en sköld).